



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

15 De veneratione sanctorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

quit magisterio spiritus sancti & ecclesie, & illa nō oīa per se explicuit.

Dic vt in puncto superiori de cō- De septimē  
stitutionibus humanis argumento  
ultimo.

DE VENERATIONE  
sanctorum XV.

**S**Ancti vt amici dei, sunt implo- Sanctos ho  
rādi, vt pro nobis intercedant, norandos,  
& licet sancti, nō sint adorandi  
latria, quia soli deo debetur, tamen  
venerādi sunt dulia. Ioan. 12. Si quis  
mihi ministrauerit, honorificabit  
eū pater meus qui in cœlis est. Si er-  
go de<sup>us</sup> honorificat sanctos, cur nos  
non honoremus sanctos? Quandiu Mat. 25  
fecistis vni de his fratrib. meis mini-  
mis, mihi fecistis. Itaq; honor exhi-  
bitus sanctis, exhibetur deo.

Mihi autem nimis honorati sunt Psal. 138  
amici tui deus, nimis cōfortatus est  
principatus eorum.

Si steterint Moyse & Samuel co Hier. 15  
ram me, nō est anima mea ad popu-  
lum

## DE VENERATIONE.

lum istum. Quod exponens Grego-  
dicit quasi diceret nec illos modo  
pro amicis audio, quos magnæ vir-  
tutis merito, orare etiã pro inimicis  
scio. Vbi manifeste innuit Hieremi-  
as sanctos orare pro populo.

Voca ergo si quis est, qui tibi re-  
spondeat, & ad aliquem sanctorum  
conuertere, quæ quidem verba quã-  
uis Elephas themanites ad Iob dixit,  
Iob 5 rit, non tamen ea Iob reprehendit,  
Iob 33 sed vt sanum consilium amici acce-  
ptauit. Ita & Heliu dixit, Si fuerit  
angelus pro eo loquens vnum de si-  
milibus, vt annunciet hominis equi-  
tatẽ, miserebitur eius, scilicet deus,  
& dicet: Libera eũ vt nõ descendat  
in corruptionem, inueni in quo ei  
propiciet.

Ite ad seruum meum Iob, & offe-  
ret holocaustum pro vobis, faciem  
eius suscipiam, vt nõ imputetur vo-  
bis stultitia. Et infra: Dominus quo-  
que conuersus est ad poenitentiam  
Iob,

Iob, quum oraret ille pro amicis suis.

Dixit Iacob, & inuocetur nomen meū super eos, & nomina patrum meorum Abrahā & Isaac & Iacob. Gen. 48

Moyſes dixit ad eū: Quiescat ira tua & esto placabilis super malitia populi tui. Recordare Abraham Isaac & Israel, quibus iurasti per te ipsum dicens: Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas cœli, &c. Et sequitur: Placatus est dominus super iniquitate populi sui. Exo. 32

Domine omnipotens deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te &c. Baruch 2

Vidit Iudas machabeus Oniam manus protendentē orare pro omni populo Iudeorum, post hoc vidit alium virum etate & gloria mirabilem, de quo dixit Onias: Hic est fratruū amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & vniuersa

1. Mac. 15]

## DE VENERAT.

uerfa sancta ciuitate, Hieremias propheta dei.

Si patres vestri in limbo nondum clara diuinæ faciei visioe beati, pro suis orabant, quāto magis sancti in æterna beatitudine deum facie ad faciem perpetuo contemplantes, credendi sunt orare pro nobis.

**Mat. 25** Quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Ita que honor exhibitus sanctis, exhibetur deo.

**Psal. 31** Pro hoc orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Hebræi legunt omnis misericors, beati autē sunt sancti & misericordes.

**2. Reg. 14** Absolon reconciliatus patri, per biennium tamen moratus Hierusalem non vidit faciem patris sui, sic peccator reconciliatus deo non statim se præsentat deo, sed per media tores & intercessores.

**2. Reg. 2** Salomon thronum matri suæ iuxta thronum suum collocari præcepit,

SANCTORVM 92

pit, Verus pacificus Salomon Christus honoras matrem suam, idem facit.

Angeli orant pro nobis, immittet angelus domini in circuitu timentium eum & eripiet eos. Psal. 34

Angelis suis mandavit de te, ut custodiant vias tuas. Psal. 135

Orat angelus pro populo Iudaico, domine exercituum usquequo tu non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda, quibus iratus es? Et respondit dominus angelo bona verba consolatoria. Zach. 1

Quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum. Apoc. 8

Angelus stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum dei, & ascendit fumus incensarum. Apoc. 8

rum

## DE VENERAT.

- rum de orationibus sanctorum, de  
Heb. 1 manu angeli coram deo.
- Act. 12 Omnes sunt administratorij spi-  
ritus, qui in ministerium mittuntur  
propter eos, qui hæredes erunt salu-  
tis. Angeli ergo suffragantur nobis  
cur igitur eorum suffragia & mini-  
steria non licet implorare?
- Mat. 28 Et eadem quæ de angelis est ratio  
Mar. 12 est & de sanctis, qui in regno celo-  
rum ipsis sunt æquales.
- Eccle. 43 Nec superavit illum (Helisæum)  
vllum verbum, & mortuū prophe-  
tauit corpus eius, in vita sua fecit  
monstra, & in morte mirabilia ope-  
ratus est.
- ¶ Secundo probatur rationib  
Christus intercedit pro nobis, se-  
Prima rat. cundum humanitatem ad deum pa-  
trem. Quia & Christus Iesus inter-  
Rom. 8 pellat pro nobis.
- Heb. 7 Iesus sempiternum habet sacerdo-  
tium vnde & saluare in perpetuum  
potest, accedens per semetipsum ad  
deum.

deum, semper viuēs, ad interpellan-  
dum pro nobis.

Sed & si quis peccauerit, aduoca- 1. Ioan. 3  
tum habemus apud patrem, Iesum  
Christum, iustum, & ipse est propi-  
tatio pro peccatis nostris, non pro  
nostris autem tantum, sed etiam to-  
tius mundi.

Si ergo caput Christus orat pro no-  
bis, cur nō etiā membra eius, sancti  
cum eo rogantes qui se conformant  
Christo?

Secūda rō.

Viui orant pro inuicem, & impe-  
trant sæpe.

Orate pro inuicem, vt saluemini,  
& adducit orationem Helix, tertio  
Regum. 27.

Iacob. 3

Moyſes orauit. Exo. 17. & 31. Mu-  
lier Chananæa pro filia sua, Mat. 15.  
Centurio pro seruo suo, Luc. 7. Pau-  
lus pro conuauigantibus. Act. 27.

Si ergo viui orāt pro inuicem, cur  
etiā beati mortui hoc non facerent  
qui sunt in charitate perfectiores; &

Dilemma  
lutheranis  
insolubile

N apud



## DE VENERATIONE

apud Deum potentiores, & mente puriores? Aut ergo sancti non orant pro nobis, sicut viui, quia est res eis indigna, itaque non conueniet Christo, aut quia est res tantæ excellentiæ quod soli Christo, & non alijs conueniet, ergo non conueniet viatoribus.

**Ezech. 22** Imo vult deus per sanctos inuocari. Quæsiui, inquit, de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.

**Rom. 15** Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa.

¶ Tertio probatur auctoritatibus Sanctorum.

Cyprianus ad Corn. papam lib. 1. epistola prima, petit vt si quis eorum prior decesserit, pro fratribus, & sororibus nostris non cesset oratio.

Ber.

Bernard. super Cantic. Homil. 66.  
de hæreticis sui temporis. Irrident  
nos quod in fonte baptizamus, &  
sanctorū suffragia postulamus, atq;  
Christū in utroq; sexu tam in mor-  
tuis quàm viuis proscribere volunt  
nam & mortuos viuentium frau-  
dant suffragijs, & viuentes nihilo-  
minus sanctorum qui discesserunt  
auxilijs spoliant.

Vigilantius dixit, qd dū viuimus,  
mutuo pro nobis orare possumus,  
postquam autem mortui fuerimus,  
nullius sit pro alio exaudienda ora-  
tio, refert Hieronymus, & improbat  
Sic enim pugnat Hieron. contra Vi-  
gilantium. Si Apostoli, & Martyres  
adhuc in corpore constituti, possunt  
orare pro ceteris, quando pro se ad-  
huc debent esse solliciti, quanto ma-  
gis post victorias, coronas & trium-  
phos? Vnus homo Moyfes sexcen-  
tis millibus armatorū impetrat à deo Exo. 32

## DE VENERATIONE

**Act. 7** mino veniam, & Stephanus imita-  
tor domini sui, & primus martyr in  
Christo persecutoribus veniã de-  
precatur. Et postquam cum Christo  
**Act. 27** esse cœperint, minus valebunt? Pau-  
lus apostolus ducentas septuaginta  
sex sibi dicit in naui animas condo-  
natas, Et postquam resolutus esse cœ-  
perit cum Christo, tunc ora clausu-  
rus est, & pro his qui in toto orbe  
ad suum Euangelium crediderunt,  
mutire non poterit? Meliorq; Vigi-  
lantius canis viuens, quàm ille leo  
**Eccle. 9** mortuus? Recte hoc de Ecclesiaste  
proponeres, si Paulum in spiritu  
mortuum confiterer. Hæc Hiero-  
nymus.

Augustinus super Ioannem. Tra-  
cta. 84. Beati martyres quorum me-  
morias non inaniter celebramus. i.  
Ideo quippe ad ipsam mensam (i. al-  
tare) non sic eos commemoramus,  
quemadmodum alios qui in pace re-  
quiescunt, vt etiam pro eis oremus  
sed

sed magis vt orēt ipsi pro nobis, vt eorum vestigijs adhæreamus.

Aug. in die Petri, & Pauli: Quisquis honorat martyrem, honorat Christum: & qui spernit martyres, spernit Christum. Leo papa de sancto Laurentio, cuius oratu, & patrocinio adiuuari nos, sine cessatione confidimus.

Dionysi. ca. 7. ecclesiasticæ hierarchiæ: Si quis spernat sacrosanctam disciplinā, atq; infelici elatione seductus, dignum se arbitretur diuina familiaritatē, sanctosq; despiciat &c. hic si intento careat desiderio, imperita postulatione per se nunquam potietur.

¶ Probaturo quarto, ecclesiæ consuetudine.

Attestatur vsus totius ecclesiæ & patres sancti per omnia Christianorum secula, tot miracula euidentissima, & festiuitates ab ecclesia de sanctis institutæ.

Sanctus Sauinianus

N 3 ere-

## DE VENERATIONE

erexit ecclesiam s. Petro viuo, cōdi-  
dit, & alias duas in honore sancti  
Stephani, & s. Ioannis Baptista in  
Gallia. ¶ Obijciunt heretici.

Solus inuocandus est Christus, &  
deus, quia solus sufficit, solus est li-  
beralissimus & misericordissimus,  
plus nos amans q̄ sancti omnes.

Ioan. 16<sup>1</sup> Si quid petieritis patrem in no-  
mine meo, dabit vobis.

Luc. 11<sup>2</sup> Petite & accipietis, quærite, &  
inuenietis.

Mat. 21<sup>3</sup> Omnia quæcunq; petieritis in o-  
ratione credentes accipietis.

Heb. 4<sup>4</sup> Adeamus cum fiducia ad thronū  
gratiæ eius, vt misericordiam con-  
sequamur, & gratiam inueniamus  
in auxilio opportuno.

2. Cor. 1<sup>5</sup> Igitur accedere debemus ipsum  
patrem misericordiarum, & deum  
totius consolationis, ac fontem gra-  
tiarum, potius q̄ Sanctos.

1. Tim. 2<sup>6</sup> Vnus est mediator dei, & homi-  
num, Christus Iesus, qui ergo nos  
volu-

volumus facere plures mediatores  
sanctos?

7 Porro quod de Baruch & Macha-  
bais fuit adductum, dicunt illos li-  
bros nō esse canonicos. Hieronym<sup>9</sup>  
in prologo super proverbia.

8 Ad Hieremiam respondet Zuin-  
glius hæreticus. Si Moyses & Samu-  
el adhuc in humanis essent, ac pro  
populo isto intercederent, vinceret  
indignatio gratiam.

¶ Diluuntur ista per catholicos

Hæreticos hic sophismatibus de-  
ceptos ex eo liquet, quod aliqua per  
eos inducta, æque tollunt intercessi-  
onem Christi & omnia tollūt, æque  
preces viuorum sicut mortuorum,  
quorum tamen intercessionem ne-  
gare non audent, quantūuis impij  
& blasphemij.

Fatemur petendum, petendum in **De primo**  
nomine Iesu, petendum cum fidu-  
cia, at illa non excludunt sanctos,  
quia & per sanctos velut mēbra peti-  
mus

mus

## DE VENERATIONE

mus in nomine Iesu eorum capitist  
vnde ecclesia concludit collectas de  
sanctis, per Christum dñm nostrū.

Et licet deus sit optimus, miseri-  
cordissimus, tamen est ordinatissi-  
mus, disponit omnia suaviter, & in-  
feriora per media ducit ad superio-  
ra, ait Dionysius. Et sic patet solu-  
tio ad. 1. 2. 3. 4.

De quinto.

Deu. 4.  
Heb. 12

De sexto.

Omnino placet, accedamus fon-  
tem gratiæ & patrem misericordia-  
rum, at commodius faciemus illud  
per sanctos, quia deus noster ignis  
consumens est: merito timemus, ne  
pereamus à facie eius sicut fluit ce-  
ra à facie ignis, ob hoc mediatores  
quærimus & intercessores.

Vnus est mediator redemptionis  
Iesus Christus, quia ille solus rede-  
mit genus humanum, non est aliud  
nomen sub cælo in quo oporteat  
nos saluari, sed plures sunt media-  
tores intercessionis. Est igitur vnus  
mediator per redemptionem, sicut  
& vnus.

& vnus saluator. Is enim solus pa-  
stor bonus est, qui dedit animam su-  
am redemptionem pro multis. Sunt  
autem plures mediatores per inter-  
cessionem, sicut & plures tales scri-  
ptura cōmemorat saluatores. Moy Deut. 3  
ses ait, sequester & medius fui inter Iudic. 3  
deum & vos. Item suscitauit eis sal-  
uatorē Othonielem. Et iterū, Et de-  
disti eis saluatores, qui saluauerunt  
eos. Pharao rex Aegypti vocauit Io-  
seph saluatorem mundi.

Gen. 41

Omnes canones ecclesiæ de cano-  
nicis scripturis enumerant Macha-  
bæos, quare ostendant hæretici vbi  
iudicatum sit libros canonicos esse,  
& inueniēt istos, licet in synagoga  
nō fuerint canonici, vt testis est Au-  
gustinus. Et cum canon de libris sit  
editus in concilio Milcuitano, forte  
nondū peruenit ad Hieronymum.

De septimo

Aug. lib. 8.  
de ciui. deī

ca. 36.

De octa.

Hoc est hæreticorum proprium  
torquere scripturam, nam quum ip-  
sæ semper exigāt claras scripturas &

N 5 nul.



## DE VENERATIONE

nullas admittant glossas, cur iam al-  
lata clara scriptura extrariā adfert  
glossam: Deus dicit si starent, nō di-  
cit si viuerent, & starēt, potissimum  
cum illa glossa non sit fūdata in scri-  
pturis, in concilijs, in sanctis patri-  
bus, sed somnia ex indocto & insa-  
no cerebro Zuinglij hæretici.

Augustinus lib. 20. ca. 21. Populus  
Christianus memorias martyrum  
religiosa solennitate celebrat, & ad  
excitandam imitationem, & vt me-  
ritis eorum consocietur & orationi-  
bus adiuuetur, ita tñ vt nulli marty-  
rum, sed ipsi deo martyrum, quam-  
uis in memorias martyrum consti-  
tuamus altaria. Vide sequētia, quia  
Faustus hæreticus etiā impugnauit  
memorias martyrum.

Explicite nō est præcepta sancto-  
rum inuocatio in sacris literis: Non  
in veteri testamēto: vbi populus a-  
liquin erat propensus in idololatri-  
am: & patres erant in lybo nō dī  
beati

beati. Isa. 63. Abraham nesciuit nos: Israel ignorauit nos: Sub Euangelio etiam non fuit præceptū, ne gentiles conuersi crederent se iterū induci ad cultum terrigenarū, vt pro veteri more sanctos nō vt patronos sed vt deos adorassent: sicut Lycaonię Paulo & Barnabę sacrificare volebant: Porro si apostoli & Euangelistæ docuissent sanctos venerādos, arrogantię datum eis fuisset, ac si ipsi post mortem gloriā illam quæsiuissent: Noluit ergo, scilicet expressis scripturis docere venerationem sanctorum: sed eiusmodi firmatos in fide docuit per miracula, & sanctorum auxilia, fuis ad eos precibus, illos venerandos: Quauis dispari cultu a deo, qui latria colēdus est: sicut Maria hyperdulia, & sancti dulia quæ extense etiam adoratio dicitur.

## DE IMAGINIBVS

Crucifixi &amp; Sancto-

rum. XVI.

Licet